Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



259

Exsurge dne in requie tua tu et arca sanctificationis tue; Resurrexit enim dns in requiem suam cum carne sua de sepulchro suscitauit; Per hunc quoq; resurgit et arca, qua surgit et ceta; hinc pe unde pphetae de quo loquimur sonitus est; ossa arida audite uerbum dni; hec dicit dns ossibus his; Ecce ego introducam in uos spm et uiuetis. et dabo super uos nerui. et succrescere faciam super uos carnes. et superextendam in uos cutem. et dabo uobis spm et uiuetis;

Hinc est qd pphta alius presumptione dni humanum genus uidit in fine suscitari atq; ait; Viuificabit nos post duos dies. in die tertia suscitabit nos et uiuemus in conspectu eius; hinc est qd cum de semetipso dns loqueretur adiunxit; Nolite mirari hoc. quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem eius et procedent; Qui bona fecerunt in resurrectione uite. qui mala egerunt in resurrectione iudicii; hinc paulus ait; Unde et nos saluatorem expectamus dnm nrm ihm xpm. qui reformabit corpus humilitatis nre configurandum corpori claritatis suae; hinc iterum dic; Scientes quia ihus mortuus est et resurrexit. sic et deus eos qui dormierunt per ihum adducet cum eo; Rursus ait; Primitiae dormientium